

**Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.**

**Wersja krakowska**

Rękopis Biblioteki Narodowej, sygn. 12607 III, k. 54va-54vb

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 110 [Gn. 105]

[110] Si vir querulatur super alterum pro debito, [k. 54vb] <Pro debito patris <sup>a</sup>> quod sibi pro suo patre teneatur, ipse debet super eo, ut iuris est, informari. Si autem voluerit iurare, quod pater suus hoc debitum persolvisse, hoc ipsum facere oportet metseptimus post mortuam manum. Si autem dixerit, quod hoc debitum solus persolverit, hoc mettercius iurabit heres. Si de debito sui patris recognoscit, hoc solvere debet, in quantum recepta hereditas se extendit. Et si solvere noluerit vel heredes hoc consentire recusant, tunc sibi hereditas sua vel proprium potest iudicio possideri pro isto debito et acquiri, aliter ille constringi non potest suam hereditatem et proprium.

<sup>a</sup> na górnym marginesie ręką γ